

Universitätsbibliothek Wuppertal

Plvtarchi Chaeronensis Moralia, Qvae Vsvrpantvr

Svnt Avtem Omnis elegantis doctrinæ Penvs : Id est, varij libri: morales, historici, physici, mathematici, denique ad politioem litteraturam pertinentes & humanitatem : omnes de Graeca in Latinam linguam transscripti summo labore, cura, ac fide

Plutarchus

Francoforti ad Mœn, M.D.LXXXII

Instituta Laconica

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-289](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-289)

responderunt. Videre nobis ignorare, quanta sit libertas
 quam qui sapit, non permutaret Perfarū regno. Lacon ho-
 spite, qui pridie ipsum declinauerat, spē didē eum precario
 sumpta veste stragula excipiente, pedibus vestem stragu-
 lam calcauit, inquit: Propter ista heri ne in storea quidem
 dormiui. Alius cum Athenas venisset, videretq; Athenien-
 ses falsamenta & obsonia præcone proclamante vendere,
 vectigalia exigere, lenocinium exercere, multaque alia pa-
 rum decora agere, nihilq; inhonestum ducere: reuersus in
 patriam, ciuib. interrogantibus Quales Athenis res essent,
 respōdit, Omnia pulcra per iocū & simulationem innuens,
 apud Athenienses omnia pulcra putari, turpe nihil. Alius
 quadam de re interrogatus, negauit. & cum qui interroga-
 uerat responderet, Mentiris: viden', inquit, vanū te esse ho-
 minem, qui interrogas de re tibi nota? Venerunt aliquādo
 legati Lacones ad Lygdamin tyrānum. qui cum aliquoties
 colloquio diem produxisset, tandemq; indicari iuberet va-
 letudine se nō satis esse firma, responderūt: Atqui per deos
 non colluctatum aduenimus, sed collocutum. Laconē qui-
 dam sacris initiatus, dicere iubebat cuius maximi sceleris si-
 biipsi conscius esset. respondit Laco, diis id notum esse. in-
 stantemq; & omnino profitendum esse dicentem, interro-
 gavit, Cui ergo id indicandum est, tibi ne an deo? cū re-
 sponderet, Deo: tu ergo, inquit, interim recede. Alius no-
 ctu sepulcrum præteriens, spectrumque imaginatus, ha-
 sta, irruit, eaque id traiecit dicens: quō fugis anima his mor-
 ritura? Alius cū vouisset se præcipitem a Leucata sese da-
 turum, altitudine conspecta abiit retrō. cūque id ciui-
 rio verteretur, dixit: Non putaueram hoc votum alio ma-
 iore voto indigere, Alius in proelio gladium hosti iam in-
 cussurus, cū audiret receptui cani, ictum non intulit. &
 interrogatus cur peperisset hosti quem necare potuisset.
 respondit: Quia melius est imperatori parere quam interficere
 Laco quidam ad Olympiam victus, dicenti Collucta-
 tor tuus te fuit melior, Nequaquam, inquit, sed deiciendi
 peritior.

INSTITVTVA LACONICA.

Arcana.

Ingredientium in syssitia vnicuique maximus natu
 ostendens ianuam: per has, aiebat, nullus effertur sermo.
 Maximē

Maximè apud eos probabatur ius atrum quod vocabant, ita vt seniores carnem non requirerent, sed eam adolescentibus concederent. Eius gratia fertur Dionysius Siciliae tyrannus Laconicum cocum emisse, ac iussisse vt nulli par-
 5 cens impendio ius illud coqueret. coctum autem cum gustasset, indignatum exspuisset. tum ei cocum dixisse: O rex, corpore prius Laconicum in morem exercitato, & abluto in Eurora ius istud cœnandum est. Lacones vbi mediocriter in Syssitiis biberunt, domum absque face abeunt. non
 10 enim licet iis vel hâc vel aliam viam ire cum lumine: vt adfuescant in tenebris & noctu audacter & sine pauore ambulare. Literas vsus gratia discerbant. reliquas disciplinas vrbe sua exigebant, vt & peregrinos homines. Institutio ipsis erat bene obtemperandi, labores tolerandi, & in pugna
 15 aut vincendi aut moriendi. Permanebant absque toga, & vnicam in annum sumebant tunicam, squalida corpora, & plerunque lauacris vnctioneque abstinentes. Simul dormiebant adolescentes gregatim ac turmatim in toris, quos ipsi congregabant, arundinum quas Eurotas fert sum-
 20 ma manibus sine ferro defringentes. hyeme lycophonas quos vocant substernebant, & toris permiscebant, quod ista materia vim calefaciendi putabatur habere. Permissum erat amare pueros præclara indole præditos, sed turpe iudicabatur, si quis ab animo ad corpus amore transf-
 25 ferret. & qui polluisse aliquem crederetur, is infamis per omnem viam habebatur. Mos erat porro vt iuniores à senioribus interrogarentur, quot sum irent, & cuius rei gratia, ac qui non respōdetet, vel pretextus nesteret, obiurgaretur, qui se præsentem peccantem non castigaret verbis, in ca-
 30 dem erat culpa cum delinquente: & qui ægrè ferret se increpari, in magno erat probro. Qui in aliquo delicto deprehendebatur, cogebatur aram quãdam in orbem circuire: compositamque sui ipsius vituperationem cantare, quod nihil erat aliud, quàm ipsum à seipso obiurgari. Condocefaciebant
 35 pueros, vt non suos modò parentes reuererentur, iisque obedirent, sed & omnes alios senes, iisque & de via decederent, & de sedibus assurgerent, & præsentibus quiescerent. quo factum est, vt quisque præesset non, vt aliis in ciuitatibus, suis tantum liberis, seruis, atque bonis, sed vt de suis, ita & de vicini rebus curam gereret: vt quàm maximè inter
 se com-

*Castiga-
110.*

se communia haberent omnia, & tanquam propria quiuſq;
 procuraret. Puer punitus ab aliquo ſi id ad patrē deſeriet,
 turpe erat patri non alia porro addere verbera. ex ſua enim
 quuſq; diſciplina perſuaſum ſibi habebat, nihil quenquam
 pueri iu honeſtum mandare. Furabantur adoleſcentes et-
 iam cibi quidquid poterant. diſcentes callide inſidiari do-
 mientibus, aut negligenter ſua adſeruantibus. Deprehenſi
 pœna erāt plage & famēs. cœna enim tenuis dabatur, vt ſu-
 apte opera inopiam proſtigare coacti auerent & aſtuti fie-
 rent: & cum hac de cauſa parce cibus dabatur, tum vt ad-
 ſueſcerent nunquam repleri, ſed famē poſſe ferre ſic enim
 exiſtimabant eos & in bello maiori fore uſui, ſi etiā poſt
 inediaſ noſſent laborare: & temperantiores atq; frugalio-
 res, ſi in longius tēpus ſumptus exiguus ſufficeret & ſi abſ-
 que obſonio cibus proximus quuſq; uſurparetur, id ad au-
 gendam corporum ſanitatē cenſebāt conducere, cū cor-
 pora poſſent in altum ac profundum ali, neq; obſtaret nu-
 trimentum in cremento in altitudinem, quin & ad pulcritu-
 dinem corporum hoc conferre, gracilem enim & laxū cor-
 poris habitum formandis artubus eſſe obſequentem: cum
 alimento multo uſa ob molem reſiſtant. Modulationibus
 quoq; & cantilenis non minus impenderunt ſtudii, que ſti-
 mulum haberent ad excitandum augendumq; animū, im-
 petumq; & quaſi inſiſtētum quendam ad agēdum ingene-
 rarēt. dictio ſimplex erat, minimeq; ſucata, materia, laudes
 eorū qui præclare uixiſſent, ac pro Sparta occubiſſent, &
 beati prædicarentur. item vituperationes eorū qui timidē
 ſe geſſiſſent, quippe uitam miſeram infelicemq; degētium:
 tum exhortatio ad uirtutem, & gloriatio a tātibus conſen-
 tanea. Tres enim chori erant in feſtiuitatibus pro triplicis
 ratione aetatis, quorum princeps ſenū ſic canebat:

Olim inuentum nos ſtrenuam egimus.

cui reſpondebat uirorum aetate uigentium chorus:

Fortes ſumus nos: ſac. ſi ſis. periculum.

tertius puerorum cantabat:

Nos erimus his præſtantes plurimo.

Embaterii quoq; moduli ad fortitudinem, audaciam, mor-
 tiſq; contemptum animabant, quibus utebātur cum choris
 & ad tibiam ducētes in hoſtem. Lycurgus enim bellicæ ex-
 citationi muſicæ adiunxerat ſtudium. vt nimiū belli ſtu-
 dium

*Modici ce-
 he & uilias.*

Muſica.

dium modulatione temperatum concinnitatem nancisceretur. Itaq; ante pugnam Musis immolabat rex, vt pugnantium forent memorabiles actiones, bonaq; dignæ fama. Neq; patiebantur quenquam prisca[m] musicæ modū egredi.

5 sed & Terpandrum admodum vetustum citharædū ac sua *Terpader.*
 ætate fidicinum principem, heroicorumq; facinorum laudatorē multauerunt ephori, citharamq; ei ademtā in publico affixerunt, quod vna chorda amplius intendisset vocis variandæ gratia sola enim simplicia probabāt carmina.

10 Et cum Timotheus Carneia certaret, vnus ephororū arre- *Timo-*
 pto cultro quæsiuit ab vtra parte vellet abscindī neruos q̄ *theus.*
 septē essent plures. Vnruersam de sepulcris superstitionem *Sepulcrā.*
 Lycurgus abtulit, concessō vt in vrbe mortui sepeliirētur,
 & monimēta essent templis vicina. Sustulit & pollutiones,

15 & nihil permisit cum cadauere humari, verū illud in punicea veste ac foliis oleæ componi eodē ab omnib; modo iussit. Inscriptiones quoq; monimētorum, nisi si quis in bello cecidisset, & luctus eiulationesq; aboleuit. Peregrinando *Peregrinatio.*
 Spartanis interdixit, ne mores peregrinos, vitæq; malè innatō.

20 situtam rationem addiscerent. Quin & arcuit Sparta peregrinos, ne in vrbe illi se insinuantes malū aliquid ciues docerent. Si quis ciuium non pateretur puerorum institutionem, is iure ciuitatis excludebatur. Sunt qui dicāt peregrinos quoq; huic se institutioni accommodantes, admissos à *Punicæ*
 25 Lycurgo fuisse in partem ciuitatis ab initio destinatā: vendere autē non licuisse. Vicinorum seruis itemq; canibus & *
 equis, nisi domini vsu eorū indigerēt, vt licebat tanquam propriis. sed & rure si quis aliqua re opus haberet, aperto *Vestis.*
 vicini penu inde necessaria auferebat, penuq; obsignatum

30 relinquebat. Punicæ veste in bellis utebantur. nam & color virilis videbatur, & ob similitudinē sanguinis formidinem imperitis oblaturus, vt ilisq; ad fallendū hostē ob eandem rem, si quis vulnus acceperat. Cum callido consilio hostem vicissent, bouem Marti mactabant: si apertē gallum. duces *Votum.*
 35 ad ius facientes, vt non pugnaces modō, sed callidi etiā fierent. Votis hoc annectebāt, posse ferre iniurias. Votum autem erat pulcra post bona consequi: nihil præterea. Venere colebāt armatam, omnesq; alios deos tam mares quam feminas hastatos faciebant: omnes eos virtute militari præditos inuuentes. Prouerbio iactabant,

Postquam

Labor.

Postquam manum operi admōris, Fortunam inuoca:
 inuēntes dei opem implorādādam non esse, nisi rem aggressus ipse sis, aliquidq; egeris. Vt pueros ab ebrietate auerterent, seruos iis vini plenos demonstrabant. Moris erat apud ipsos, non pulsare ostia, sed foris clamare. Strigilibus non ferreis, sed ē calamo factis utebantur. Comœdias & tragœdias non audiebant, ne vel seriò vel ioco contra leges dicentibus aures præberent. Archilochum poetam, cum is venisset Spartam, eadem hora expulerūt, quòd in carmine quodam eum scripsisse intellexissent, præstare arma abiicere, 10 quàm mori.

Archilochus.

* *Nunc aliquis Satim nostras esse aspide iactat,
 Sub Sepre quam reliquis inuitus integram.
 Illa quidem valeat. nunc ipse à clade superstes
 Emam suo non deteriore tempore.*

15

In luxum.

Pueris & puellis cōmunia erant sacra SCIRAPHIDAM ephori multarunt, quòd multi ipsum iniuria afficerent. Saccos solitum baiulare necarunt, quòd prætextam sacco inferuisset. Adolefcentem à gymnasio verbis corripuerunt acribus, quòd viam nosset, quæ ducit ad portam, vbi in tritio colloqui homines solebant. Cephisophontem profectum de quauis re per integrum diem se dicere posse, vrbe eiecerūt, dicētes: Bōni oratoris esse orationē rebus æqualē habere Lacedemone pueri per integrum diem flagellis cæsi sepe numero ad mortē vsq; apud Dianæ Orthiæ aram, læti 25 alacresq; tolerāt, atq; inter se de victoria certant, in eo posita, quis diutius magisq; perferat verbera: victorēq; summa consequitur gloria, Certamen illud flagellatio dicitur, & quotannis habetur. Vnum hoc eximium & apprime felix

Ocium.

parasse videtur Lycurgus ciuibus. Ocii abundē nam artem 30 attingere fordidam omnino ipsis non licebat: neq; opus erat laboriosa aut negotiosa pecuniæ acquisitione, cum plane omnem honorem & admirationem diuitiis iam ademisset. Heilotes agros colebant, ac antiquitus constitutos reditus pendebant: cum diris agendum statuissent si quis pluris prædium locasset. causa erat, vt & heilotes lucrum faciētes eò libentiùs operam nauarēt, & domini solito amplius non requirerēt. Cauti etiam lege, ne Spartani vel nauæ fierent, vel nauali prælio pugnarent. Posteriorib; tamen tēporibus, naualibus pugnis decertauerunt: maris que imperio potiti, rursus

*Auaritia
obscura
sunt.**Nautica
res.*

rursum destiterunt, videntes mores ciuium corrumpi. Sed & in hac re, & in aliis, inconstantes fuerunt. Aliquando enim qui pecunias Spartanis collegerant, morti fuerunt adiudicati, quòd Alcameni & Theopompo regibus oraculum erat datum,

Nil Spartam perdet, nisi cara pecunia facta.

Auariciis.

Nihilominus Lyfander captis Athenis, multum auri argentiq; intulit Lacedæmoni, probatumq; eius id factum & honor ei habitus fuit. Enimuerò Sparta, quã diu institutis Lycurgi iuribus, iureiurã dumq; ratum seruauit: per annos 500. princeps Græciæ fuit, cum legum bonitate, tum gloria reliquis superior vrbibus. Paulatim verò descendentibus ciuibus diuitiarumq; studio & iniqua auaricia irrepentibus: cū vires deminutæ sunt, tum animi fociorū maiorem in modum abalienati. Et tamē isto rerum suarum statu, cum Philippū Macedonem victoria ad Chæroneam potitū, omnes Græci terra mariq; dūcem renunciaflent, itemq; Alexandrū eius F. post subactos Thebanos: Lacedæmonii quanquam & muris carentem vrbem incolerent & continentibus bellis ad paruum essent redacti numerum, multoque imbecilliores & oppressu faciliores redditi, paucas admodū à Lycurgo latarum legum seruantes reliquias, neq; his, neq; aliis deinceps Macedonum regibus socios se expeditionū præbuerunt, aut in commune conciliū se adiunxerunt, aut tributum contulerunt, donec prorsum posthabitis Lycurgi legibus, tyrannidi suorum ciuium subiecti, nihilq; priscorum institutorum seruantes, pristina gloria & libertate amissis, reliquorum similes sunt facti, inq; seruitutem redacti. Et nunc Romanis, sicut & cæteri Græci, obediunt.

Lycurgi legum virtus.

Sparta virtus.

Lacænarum apophthegmata.

ARGILEONIS Brasidæ mater, cum occubuisset filius ipse, & ab Amphipoli Spartam nonnulli profecti ipsam conuenissent, quæsiuit ex eis, an honestè & Spartæ conueniēter Brasidas mortem oppetiisset. magnificè cum prædicantibusq; præstantissimum eum Lacedæmoniorū in id genus rebus gerendis fuisse, respondit: Fuit hospites, vir præclarus meus filius, sed multos Lacedæmon habet viros eo fortiores.

Modeste.

GORGOREGIS Cleomenis filia, cum patrem Aristagoras Milesius magnæ pecuniæ pollicitatione ad bellū pro Ionibus

*Vinum.**In molles.*

bus contra regem Persarum suscipiendum hortaretur, ac quâto magis repugnabat verbis, tanto plura adderet: Corripette, dixit, mi pater homuncio hic peregrinus, nisi eum quam primùm domo exturbas. Mandanti patri aliquando ut frumentum cuidam mercedis loco daret, dicentiq; eum sibi tradidisse rationem, qua vinum miter redderetur: proinde, inquit, mi pater, & vini plus exhaurietur, & bibentes magis luxuriabunt, eruntq; deteriores: Calceos videns Aristagoræ à seruo subnecti: Patèr, inquit, hospes hic manus non habet. Peregrinum quendâ molliter ac lenè accedentem depulit, inquiens: Non tu hinc te aufers, qui ne ea quidem potes, quæ mulieres præstant.

GYRTIAS, cum quodam tempore Acrotatus nepos ipsius in puerorû conflictu multis acceptis plagis pro mortuo domum referretur, domesticis & familiaribus plorantibus, Non, inquit, tacebitis? ostendit quo sanguine ortus sit, neq; vociferari debet boni, sed medicinâ applicare. Cum è Creta nunciussset de morte Acrotati allatus, dixit illa: Annon debuit cum ad hostes venisset, aut illos interficere, aut ipse mori? mihi quidè iucûdus auditus est, seipso cum patria, maioribusq; dignam mortem oppetiisse, quàm ut longum tempus viueret vitiosè.

DAMATRIA filium ad se reuersum, timidè & ipsa indignè se gessisse eum audito, interfecit. In hanc epigramma fertur tale:

*Peccantem in leges Damatrimon ipsa peremit
Spartanum, mater de Lacedæmoniu.*

Alia Lacæna filiû, qui ordines deseruisset, ut indignum patria necauit, inquiens: non mea est hæc soboles. de qua hoc extat epigramma:

*I pessum proles mala nunc, tenebrasq; petiitum:
Eurotas cernis ne fluat sit timidus.*

*I catule, à mala sors pessum, manesq; petiitum.
Indigno Sparta sit malè non peperit.*

Alia cum fuga seruatum ex hostibus intellexisset filium, sic ad eum scripsit. Mala de te fama spargitur. aut igitur hanc eluc, aut viuere cessâ. Alia, cum filii è prælio fugissent, & ad ipsam venirent: quò, inquit, per fugere voluistis mala mancipia? an huc (simul veste sublata ventrem nudatû eis ostèdebat) ynde existis, reddituri? Quædâ filium aduentantem

rem cernens, interrogauit quo loco res patriæ essent. cum-
 que is responderet, occisione ciues esse occisos, sublata cum
 tegula petiit atq; interfecit, dicēs: Ergo te infaustæ rei nun-
 cium illi miserunt nobis? Cùm quidam matri narraret fra-
 trem honesta morte obiisse: Non inquit ea, turpe est talis
 se comitatus occasionem dimisisse? Quædam cùm quinq;
 filios in bellum emisisset, stans in suburbio expectabat pu-
 gnæ exitum. cùmq; ei quidam adueniens scitanti quid rei
 ageretur renunciaret filios omnes occubuisse: prauum, in-
 10 quit, mancipium, non hoc quærebam, sed quo loco essent
 res patriæ. cùm responderet, victoria suos potiri: ergo, inquit,
 mortem quoq; filiorū non inuita audio. Ad quamdam, quæ
 filium sepeliebat, anicula accedēs dicebat, Heu fortunam.
 tum illa, Per Cástores, inquit, propiciã. cuius enim rei gra-
 15 tia cum peperi, vt pro Sparta moreretur, id sum consecuta.
 Ionicæ cuidam mulieri gloriantu de suo quodam precioso
 rextro, Lacæna commonstratis quatuor suis filiis elegan-
 tissimis: Huiusmodi, inquit, esse oportet honestæ mulieris
 opera, hisque eas sese iactare. Alia, cùm auditu accepisset
 20 filium peregrè malè se gerere, scripsit ei: Mala de te spargi-
 tur fama. aut abole eam, aut viuere desine. Affine huic est
 illud. Chij exsules cùm venissent Spartam, multa de PÆ-
 DARETO vulgabant crimina. acciuit eos TELEVTIA
 mater, criminibusque auditis, cùm fontem iudicaret fi-
 25 lium, ita per epistolam compellauit. Mater Pædareto: aut
 viuere rectius, aut isthinc desperato Spartam reditu mane. Al-
 tera filio criminis alicuius causa in iudicium vocato, dixit:
 Aut crimen amolire, aut vitam. Alia claudum filium in pu-
 gnam emittens, Fili, inquit, ad singulos gressus virtutis re-
 30 cordare. Alia filio reuertenti à pugna, in qua vulnus in pe-
 de acceperat, & ex eo magnum percipiebat dolorem: Si, in-
 quit, filii virtutis sis memor, & dolore leuaberis, & bono eris
 animo. Laco in bello ita erat sauciatus, vt cùm aliter nequi-
 ret, quadrupes cogeretur incedere. ei, cū puderet ipsum ita
 35 esse deridiculum, mater: quanto, inquit, præstat, de virtute
 gaudere, quàm ob risum fatuum pudore affici? Alia cùm fi-
 lio aspidem traderet, cùmque ad rem bene gerendum hor-
 rari vellet: Fili, inquit, aut hanc, aut super hac. Alia filio in
 bellum proficiscenti porrigens scutum: Hoc, ait, pater tuus
 semper seruauit. itaque aut tu idem facito, aut peri. Alia

filio dicenti paruum sibi esse gladium, Adde, inquit, gressum. Alia audito filium re probè gesta in acie cecidisse, Meus enim, inquit, erat. alterum audiens fuga ob timiditatem sibi salutem parasse, Non enim, inquit, meus erat. Alia cum narraretur filium ipsius in pugna statione sua seruata cecidisse: Hunc, inquit, sepelite, inque ipsius locum frater eius succedat. Alia cum solenni pompæ ducendæ interesset, nunciato filium in prælio victoria potitum è vulneribus quæ multa accepisset mori: non detracto seruto, sed iactabunda proximis mulieribus dixit: Multo pulchrius est, amicæ, vincentem in acie mortem oppetere, quàm superstitem vincere Olympia. Cùm quidam forori narraret suæ, filium eius mortem generosè obiisse: respondit ea: quantum eius nomine gaudij, tantum tui gratia mihi doloris accidit, qui comitatum tam honestum non assecutus sis. Ad Lacænam mittebat quidam percun-

Cassè.

Dos est magna, paruentium Viri. Sc. Horatius, 3.24.

ctatum, an vitio vellet adscèntiri. respondit ea, puellam se didicisse patri obtemperare, idque fecisse, mulierem autem viro. proinde si quid honestum peteret, primum id liquiddè declararet. Virgo inops interrogata quid dotis esset sponso allatura, paternam, inquit, pudicitiam. Lacæna interrogata an virum adiuisset: Non, inquit, sed vir me. Quædam occultè compressa virgo, cùm scerum interfecisset, tanta patientia dolores pertulit, vocemque protinus inhibuit, vt & patrem & vicinos partus fessellit: opprimente magnitudinem doloris metu dedecoris. Lacæna cùm vaniret, interrogata quid sciret, Fidelis, inquit, esse. Alia eadem conditione, cùm ex ipsa idem quaeretur: Noui, inquit, domum bene incolere. Quædam scitanti, Probane esset futura si ipsam emeret: Sum, inquit, proba futura, etiam si non emas. Alia dum venderetur, præconi quid nosset quaerenti, libera, inquit, esse noui. Cùmque emptor quædam ei iniungeret, non decencia liberam: hoc fata Flebis, qui tibi talem possessionem inuideris, mortem sibi ipsa consciiuit.